ture. Glossar. ex Cod. reg. 7084. Vide
Feta.

* 16. **FETICA** [vitulus. DISP.]

* 17. **FETICA JUSTITIA**. I. pro Fatica. Justi-
tia reddenda dicitur, vel etiam gene-
ratio. Vide in Fatigare. Carta super
negotio marchandises regni Franc. et
Aragon. anno 1406. ex Reg. 108. Chaptoph.
reg. ch. 333. Quod si officiaris
requiri facere noluerit, ex hoc solo
causatur defectus et Fetica justitia.

* 18. **FETARDIE** vero nostris, Incuria, osci-
tardia, dosidina, ubi Fetard. Negligens,
tardia, piger. Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:

Assez peu on trouve de chose,
Ki Fetez pas et parachez...
Pour Dieu ne nous Affardrons...
Car tant li desplaît Fétardie.
Ne li plait rien que Fétardie.

Guignevil. in Peregr. hum. gen. Ms. :

Nous pas que je cheiez le diez
Pour mestre tel en Fétardie.

* 19. **FETICUM**. Charta Balduini Episc.
Noviom. pro decimis de Arten ann. 1049.
ex Archivo S. Eligii. Et insuper cupiens
ipse absolvit ab omni cura seculari, petit
servitum de nostro Feticu sub ministris, cui
jus timens impide devotionis, pardono
servitum in vita sua debitum nobis, pre-
ter duas militias in unoquaque anno ad
hostes Regis, et post ejus obitum heredes
sui revocentur integra ad exercitum. Le-
gendum detinetudo vel Fodo.

* 20. **FETICUS**. Euse. Aragon. lib. 9. tit.

de Divina mortuorum. sive Feticularis.

Deinde, cum plures... pro suis negotiis

recurrent ad eos, qui singulis diuinare,

et ad sortilegios, ac etiam Feticularis. Oc-

currunt rursum infra. Ubi Feticularis et

Feticularii sunt, qui phylacteris mangis
tuntur, unde voces formata. [¶] Vide
super Feticularia.

* 21. **FETEGHEFO**. Vide Faisfecho.

* 22. **FETOCIA**, Segmentum subtile ex
quacunque materia, etiam lapide aut
ligno. Vox Italiz nota. Locus in Boetia.

* 23. **FETOCIA**. [Portante fetus. DISP.]

* 24. **FETOCIA**, Res cedita et perdida, in
Gloss. Sangerman. MSS. fol. 609. Apud
Pagan. : Feticula. Res fetida et tem-
perissima, ac multib[us] Apuleio. Feti-
cilia, loca sunt sordida et fetida. [¶] Vide
Forcellin. in Festuina. In Glossar. cod.
reg. 7044. ut ex Placido: Feticilia. i.
sordibus. (Maius sordidus) occasionis
que per mulieris fetus facere posseunt.]

* 25. **FETUDUM**, apud Acherium
Spicil. tom. 8. pag. 208.

* 26. **FETUGIUM**. Vide infra Fugagium 2.

* 27. **FETALIS**, FEVATARIA, FEVATOR, etc.

Vide in Fudum.

* 28. **FEUCARE**, Stercus emittere, et tamen
legendum non est. Fletare, a Gallico
Fletare. in Mirac. MSS. Urbani PP. V.
Roncius erat per totum corpus validus
fletus, nec Feticabat nec urinabat.

* 29. **FEUDAGIUM**, FEUDARIUS, FEUDICIA-
LIS. Vide in Feudum.

* 30. **FEUDASTRUM**. Vide Feudum Igne-
bile.

* 31. **FEUDICE**, Hirte, illa. Legendum puto
Feticula. Vide in hac voce.

* 32. **FEUDUM**, seu Beneficiu[m]. Oberio lib.

2. Feudor. tit. 28. est illud, quod ex bene-
volenti alicui ita datur, ut proprietate

quidem rei immobiles beneficia penes

dantem remanente, usufructus illius rei
re accepientem transat, ut ad sum

heredesque suos masculos et feminos, si
de his nominative dictum fuit, in perpe-
tuum maneat, ob hoc, ut ille et sus heres
de fideli domino serviant, sine id servitu-
m nominatio, quale esse debet, ex-
pressum sit, sive indeterminate promisso
sit. Brevius Cujacius ad lib. 1. Feud. tit.
1. Feudum est res in predicto alio, in
perpetuum tenet, frumenti, quod pro
beneficio dominus dat ea legem, ut qui
detinet ab aliis fidem, et militiae manus
et aliud servitum exhibeat. Leges Alfon-
sini part. 4. tit. 26. lege 1: Feudo es
bieneficio, que da el señor a algunos ome,
porque se torna su vasallo, et le hace
homage de serie leal. Et como este
nombre de fe, que debe siempre guardar
el vasallo al señor. Ex quibus patet.
Feudum idem esse cum beneficio, de quo
sat multa diximus suo loco, ac nomine
tantum differt.

* 33. **FEUDUM** conditionibus agitur, ea

qua proferuntur coangustanda esse in-
tra locorum limites, de quibus sermo
est: non vero de universo usu intel-
ligenda.

* 34. **FEUDUS** Quamcum diligenter et copiose

satis de feudi scripsiter eruditissimus

vir D. Cangius, operis nihilominus pre-
tium duximus, pressertim cum ea sit

hujus materie natura ut nec ingrata

nec inutilis videatur, de ea aberius de-
rum dicere, atque de omnibus locis ea collig-
ere que ad nos pertinet. Instituta ma-
xime perpendit, qua in re non ali-
quam operis nobile feret. Tractatus de

Uso De Feudis, quem nuper edidit V.

Odo. De Breves. Atque ut a varia diversi-

tas hujus vocis significatio[n]es or-
dinem, observandum 1: quod hactenus

haud sat is animadversum. Feudum

nude ponit pro ipso feudi servito sive

clientia. Gall. Mousances: quod ita cer-
tum est ut vox, servitum, pro ipso feudo

aliquando accepta fuerit. Adamus Bre-

mensis lib. 4. cap. 9. *Cetera autem et Servitio ejus et Adelberto duxi sunt. Et Helmoldus lib. 1. cap. 55. Constitutione ejus urbium et Servitio Henrico de Borwic beneficio Adelberti assecutus est. Nec alio sensu vox. Feudum, intelligenda est, ut ubi de concessione aut mutatione feudorum agitur, prae sum cum indicatur ipsum preudum. Id fuisse probat D. Brusse Tract. cit. lib. 1. cap. 1. prae cipue vero ex Charta Philippi Augusti ann. 1204. in qua feudum a terra infesta distinguitur: *Propter hoc autem nos eidem Amicis et heredibus suis in perpetuum dominus castrum S. Leodegaris in aquilino, et totam Aquitanum in feodo et dominico. Dominus etiam eisdem Amicis et heredibus suis Feodium Bardarum et de Folles.* 2^o. Hoc nomine designatur et ipsius prædil servilis conditio, et vicissim quidquid ab illo feudo jure fideliter tenetur. Postrema hac significatio accipitur in Charta Ludovici Grossi ann. 1135: *Et omnia que illis de Feodo nostro sunt, unde ipsi sisisti sunt, juri perpetuo habendo et obtinendo concedimus.* 3^o. Sumit pro ipsa terra in feudum concessa. Ita in Aresto ann. 1138. pro Episcopo Lingonensi contra Burgundiam Duxem: *Quatenus Feodium reddas, et quidquid praeteres de eo accepis.**

3^o. Feuda ab origine personali fuisse atque ad vitam concessa, et jure usufruuntur possidenda, certum videatur. Qui usus mediante seculo xiv. in regno Neapolitano adhuc obtinebat, ut colligitur ex Litteris Roberti Regis Siciliae ann. 1352. tom. 2. Hist. Dalpi. pag. 299. col. 1: *Decernimus.... nullum privilegium et rescriptum valere seu esse aliquius vigoris aut efficacie per Nos jam cunctumque concessum.... exceptis concessionibus familiis Regum carissimam consensu nostra de cibis et aliis bonis Feudalibus facientibus vel vacantibus. Nam si hereditaria fuisse, vacanta feuda indistincte non concessisset.* 4^o. Clausula per quam vulgaris in Litteris expectativa feudalis generalis. Vide auctorita de jure feudi, et supra *Aperio Feudi in Auctore.* 5^o. Omnes tamen tempore feuda data sunt ad vitam, immo ad certum tempus. Apud Francos vero sensim pedetentiaque jure hereditario ad heredes subinde transferunt: quod latenter seculo ix. incipit: nam ex eo tempore a Regibus secundo stirpis faciliter feudatarii concessum est, ut beneficia sua ad posterorum transmitterent, unde pro temporum facilitate delincepi feudorum proprietatem ita sibi arrogarent, ut illa inter liberos dividenter, expedito tamen prius principis consensu. Regino in Chron: Anno Dominicana Incarnationis 940. Uto comes obit, qui permisit Regis quicquid beneficii aut prefectoriarum habuit quas hereditatem inter filios divisit. Id autem tardius accidisse apud Germanos eruitur ex Charta ann. 1118. quia beneficium Abbatum S. Maximini Trevirens. ablatum, ab Henrico Imperatore restituunt. Quod tamen de tota Germania dictum nolum: constat enim aliquid sub Conrado I. feuda hereditario jure possideri copisse. Vide *Bene*
ficii, et Elchhorn. Histor. Jur. German. i. 90.

5^o. Sed non eadem fuit semper consuetudine feudorum ordinatio. In primæ institutione ad solos patres feuda pertinuisse atque ab his servis et ignotis prohibitos fuisse vix dubium est, unde feuda *honores* vocavit. Sic Goffridus Vindœc. lib. 5. Epist. 27. *Dous qui permisit vos Honorem Credmensem ha-*

bere. Et Robertus de Monte ann. 1161: Capit autem sui Honoris, scilicet Ambiam tenebat de Rege Henrico. At circa XII. sacerdolum sicut nobiles Ita et plebeii homines feuda etiam nobilia possedeunt, non tamen ideo nobiles reputati, quamvis feudorum prerogativa gaudeant. Petrus de Ponteis cap. 3. n. 4: Fuisse se tenet, tamen a dicto unum fief, et si coule, que ille est ton vilenage, ne laire ille mis ille no volte ta à sonmons ke tu ille si du matin ou vespere, ou tele comme tu feras, et se on diut seur son franc fief, il ne regarde pas mil jour de Conseil, se il ne veut pour le sonmons ki ne fust pas rainable. Mais si cest, que ses convenances sunt justiciables, il leve l'orlaine, il n'est mis gentilhom de l'orlaine etc. Secundus XI. et XII. omnia in feudum concedebantur. Gruer, telonem, pedagium, rotagium, apum examina, imo, si quibusdam fides, ipse, quo vivimus, aëris. Cujus moris hinc apertissima videtur fuisse ratio, ut scilicet in expeditionibus bellicis, cum his temporibus frequentissimæ erant, plures haberent milites qui servitus militaria illi prestare tenerentur. Eadem ob rem mediante secundo XII. instituta sunt feuda bursa seu camere, cum nimis loco tenementi annua pennisatio ex fisco solvenda pro prestantis iisdem servitibus adsignabatur.

*Beneficiorum militarium seu feudorum originem aliunde, quam a Longobardis, quorum inventores fuisse dicuntur, recte quidam, opinor, accersunt: cum apud Scriptores rerum Romanarum legamus data militibus ac veterani capta ex hostiis prædia, ea conditione, ut militarent, cum propria fuit feudorum. Atque, ut rem ab ipsi primordiis non repetamus, id potissimum firmat locus Lampredi, in Alexandre Severo: *Sola, que de hostiis capta sunt, limitaneis ducibus et militibus donata, ita ut corrum ita essent, si heredes illorum militarent.* Et alter Vopisci in Probo: *Veterana omnia illa, que angustæ adiunctæ leaurie loca privatis donauit: addens, ut corrum filii ab anno octavo-decimo, mares duxerat, ad militiam intermitterent.**

5^o. Feudi autem originem et moribus Francorum postius ostendam existimat. Alteorra lib. de Prig. et statu feudorum, pro moribus Gallie cap. 1. Franci solliciti, inquit, non poterint in Gallia, idque beneficiario jure sub legi fidei et serviti, priusquam Longobardi et Itam attigissent. Hoc jure Aurelianum. Dux Millidunensis pagus beneficii nomine datus a Clodoveo. Almoinus lib. 1. cap. 14: *Unde cum Clodoveus regnum suum usque Sequanam, atque postmodum usque Ligerim fluvios ampliasset. Millidunum castrum eidem Aurelianum cum totius Ducato regione jure beneficii concessit. Et Mummo Patricio eodem jure Machovillam apud Avenionem datam a Guntrano Rege testatur Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 15: Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam usque Machovillam Avenionis territorii, quam Mummo munere maruerat regio accessit, ibique fuit tertia. Unde jam a Franci Regni cunabulis passim celebrantur Regi Leudes, sive Leodes, id est, Fideles, qui a Rege prædictis tenebant sub lege fidei et serviti.*

Veteres beneficiorum, ac proinde

feudorum leges attigimus in voce Bene

ficii, quas etiam prosequuntur est Ger

marus Niger lib. 1. de Feodi tit. 1. ut

et Fridericus I. Imp. in ea Constitutione, quam profert Radevicus lib. 4. cap. 7. et ex eo Guntherus lib. 8. Liguri.

• A Beneficio prorsus Feudum distinguat necesse est, qui omnia confundere non voluerit. Prima voce, Romanis quoque nota, prædiū significatur concessum alij sub annua præstatione et ad vitam tantum utendum; altera vero, proprietas rei alij designatur, etiam ad heredes transitura, retentis solummodo clientela et superiori domino, cum quibusdam servitibus, maxime militari, ex pacto statutis. Et quidem inaudiu, eo salem intellectu, Feudi inabilitate ante sacerulum XI. unde falso merito suspecta habent instruenta antiquiora in quibus legitur. Consule Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. grec. col. 591. ubi hanc eruditè disquirit.

*• Hec certe legitima apud nostros vocis Feudi acceptio, sicut nihilominus sicut etiam habuerunt. Nam mediante secundo XIV. ut observatum est supra, Neapolitanis, et secundo XI. Danis personalia erant feudi, ut docet Chron. incerti Auctoris ad ann. 1420. apud Lutewig. tom. 9. Helig. MSS. pag. 124: *Nota, quod si Dania vel jure vel consuetudine uiceretur Romanorum, tunc plana videbatur causa et expedita, ut filii surrogarentur. Sed quemadmodum ius aut constitutum in Romanis Feudi Dania non agnoscit, ideo concessio Gerrara, patria facta, non erat realis, sed personalis. Ubi per Romanos, intellige eos omnes, quibus Feudi nomen secunda notione familiare erat.**

*• Feudi autem, naturam constitutum apud Aquitanos alijs spora vel investiture, id est quod domino capitali properiter investitram seu relevi nomine a vassallo pendit. Reg. feudi. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 14. v: *Item dixerunt quod dicta villa (de Burgo) non habet terras nec possessiones communes, secundum quod habent villa Lombardia et multa aliae, que ipsi non possunt dicere quod ipsi, scilicet universitas, habeant in feudum a domino rege, cum secundum nostram consuetudinem non sit Feudum, nisi sit ibi spora sive investitura.**

*• Hinc data semel investitura, alias in possessionem ejusdem feodi a Domino mitti non poterat, ut solemniter judicio declaratum legimus in Charta Phil. Aug. ann. 1216. ex Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. *Judicatum est a parbus regni nostri, videlicet A. Remensis archiepiscopo, W. Lingonensi, W. Cahulianensi, Philippo Belvacensi, Stephano Noviomensi episcopis, et O. duce Burundensi, et aliis aliis episcopis et baronibus nostris videlicet, G. Alisoideensi, R. Carnotensi, G. Silvanensis et J. Lescoviensi episcopis, et Guidelino comite Pontivi, R. comite Drocaram, B. comite Britannie, G. comite S. Pauli, W. de Rupibus senescalco Andegavensis, W. comite Juvinianensi, J. comite Bellionensis, R. comite de Alenconia, nobis dientibus et iudicium approbatibus, quod hominagium Erardi de Breña vel dicto Philippe de comitatu Campanie nullatenus recipere debemus, quandiu Blanca comissa et Thomas filius eius vellent quis facere in curia nostra et prosequi; quia usus et consuetudo Francie talis est; quod ex quo aliquis causitus est de aliquo feodo per dominum feodi, dominus feodi non debet alium recipere in hominem de eodem feodo, quamdui ille, qui causitus**

er de foijo per dominum feodi, velut et purius sit ius facere in curia domini feodi et prosequi.

o Feudorum Normannorum emolumenata rege, duri in ipsius custodia sunt, percipiuntur. Memor. E. Cam. Compil. Paris. ad ann. 1388. fol. 41. v^r: *Per generalē consuetudinem Normannie, si quis tenet in Feodum aliquam aut possessionem a domino rege seu duce Normannia, rex vel dux iure suo habet et sibi pertinent, si causas accidat quod cadat in garda, gardam huiusmodi et altarium possessionum ubiquecum existentium in partibus ducatur Normannie et a quorumque teneantur, et si emolumenū suramnam debet ut et garda tempore dicta garda duretur.*

o A Feudo exclusis fuisse feminas haec tenet omnis feo fere receptum est, ex primum ratione, quod servita ex iure debita prestare et exequi nequam possint nam nec in hostem pugnare, nec inter judices sedere possunt. Cur ergo ecclesiasticis, quiso, feuda concedebant, qui a pralitis sua professione abstinebant? an non illae, sicut et ipsi, homines belligerantes supeditari potuerunt? Sed et pro feminis plurima militaria exempla. Cum paribus Francie in causa Roberti comitis Flandriae ann. 1315. judicat Mathildis comitissa Attrebantensis ita et Margareta comitissa Flandrensis cum de comitatu Claramontensi actum est. Vide infra in Par. Consule D. Bouquet tom. I. Jur. publ. Fratc. pag. 832. et seqq. Non idcirco tamen idem omnino fuisse masculorum atque feminarum ius ad feuda ex hereditate obtinenda facile putavera. Et primo quidem, feminis feudum iure hereditario non habebat, nisi masculo deficiente. Charta Wolfkeri Patav. episc. ann. 1197 apud Hansz. tom. I. Cerr. sacr. pag. 341: *Statutum quod per omnem ipsam generationem suentis mortis non porat auferre de hac prugenie masculina totum vel singularem partem feudi praetazati. Concedimus etiam quod si sexus masculinus in generatione ipsa deficerit, feminis ejusdem propaginis succedendo utantur in predicti juregno (i. seu) titulo feodali. Nulla tamen dictum feminarum presumat huiusmodi prictipatum, nec inde actionem concipiatur, quia id sexus masculinus huius generis persona, licet unica, sit superpotens. Requiebat praeterter et ejusmodi in successione ordinis. Charta, qua feudum institutus, mentionem faceret. Charta Lamb. delph. ann. 1349. ex Reg. 79. Chirurg. Reg. ch. 88: *Sed ne Feodium huiusmodi naturam novi feudi censetur habere, volumus et concedimus ex certa scientia et ex privilegio speciali, quod non obstante quod sit donatio et inseundatio nova, feodium ipsum amodo inante habeat et retineat, et habere debet et retinere naturam totalem et conditiones antiqui feudi et paterni, in quo succedunt et succedunt possint et debent quicunque liberi, heredes seu successores ex testamento, et etiam ab intestato, marces et feminas, agnatos, cognatos et collaterales, habiles et inhabiles, ascendentis et descendentes et legitimo matrimonio ab eodem vel posteritate ipsius, secundum quod est in veris, antiquis, paternis et bene conditionatis feudi de jure debitum seu de consuetudine consuetum. Alia ann. 1388. in Reg. 101. ch. 101: Quod dominus Disderius (miles) ejusque heredes... recognoscant a dicto domino nostro daphino... castrum Montis Rigaudi... et omnia alia predicta sibi ex causa dicte permisu-**

tationis tradita et tradenda ad homagium et bene conditionatum, quod naturam huius feudi antiqui, paterni et bene conditionati, in quo succedunt valident mares et mulieres ex testamento et ab intestato, iusta libertates generales Delphinatus, et recognitionem ex inde facere in mutatione domini et vasculi infra tempus a jure statutum. Vide Feodium antiquum.

o Frustra enim opponetur Charta Laurentii episc. Metensi ann. 1271. ex Reg. 3. *Contra episcopum Metens. in Bibl. reg. 161. ubi hec leguntur: Johannes Metensis episcopus nepotem suum in fiduciae dictum de godeni (comitatu Sarapontis) et eodem episcopo defuncto, bone memoriae Jacobus, quondam Metensis episcopus eius successor, Loretanum relicta omni aperte propriam in fiduciae dicitur carnaliter, sicut ille, . . . contra Alemanni et Metensi ecclesie consuetudinem, ex qua baronii non succedunt aliquando mulieres. Ibi enim de Baronia, quia ex concessione, non iure successionis possidebatur, sermo est: cuius alia erat conditio atque simplicis feudi. Et certe iusta, quia ab ecclesiis dependent, per totam Alemanniam promiscue masculi et feminis ex usu recepto conceduntur.*

o Feodium manito propter nuptias uxori conatus, ipso mortuo, eius feudum appellatur. De quo pro libertate disponere, etiam in secundi mariti favorem, et licitem erat, uti colligunt ex Charta ann. 1307. in Cod. reg. 897. 4. fol. 86. r: *Nos Philippus uxor dudum et super relicta nobilis viri, dum viri, domini Mathei de Gornay, qui statu baronii et honore vacilli, dum in humanis agebat, predictus aristebat, ac Thomas Fodius procurator nomine, . . . desideranter ac etiam affectantes nobilium virum dominum Johannem Tiptot, cui ego supradictus Philippus ad presens existit matrimonialiter copulata ad honorem et statum, statui et honori predictis partes et consimiles pro conservatione honoris, quem ego predictus Philippus ex prefatis manib[us] dum viri, opinor, preuehi et evitare, . . . honoris et status huiusmodi adipiscendrum et ex nostra pura, libera atque spontanea voluntate ad hoc moti etiam et indecet omni jus tolliun et possessionem, . . . cum omnibus mero et muro imperio, . . . et emolumenti, costera maris ac omnibus aliis iuribus... volumus tradi, et realiter liberari, tanquam bene merito, nobili viro domino Johannu Tiptot supra dicto et suis hereditibus imperpetuum.*

o Non feodium quodvis, sed illud tantum quod a rege tenebatur, a communione servitatis liberabat: quod docit Charta communis de Roia in Reg. 84. bis. Chartiph. reg. fol. 22. v^r. col. 1. part. 1: *Homines qui in villa sunt oculos feodium tenentes, qui ingenuis faciunt se, et milites non sunt, volumus et pricipimus, ut vel de communia sint vel villam vocant, nisi Feodium de nobis teneant:*

Feudi porro vocabulum sub Carolo Crasso primo auditum, pridem observatum a viris doctis: in ea scilicet Constitutione, quam edidit de Expeditione Romana circa annum 884. a Freherio, Goldasto, et aliis publicata, in qua haec leguntur: *Cicunque secundum hanc legem expeditio imperatur, et ad curiam Gallorum, hoc est, in causam qui bello Rungolli dictum dominum suum non coniatur, et ibi cum militari apparatu non representetur, Fodio, praeferat has, qui cum gratia dominorum agorum romanescent in conspicuo nostro, abeque spe recu-*

perationis privetur. Eadem vox bis deinde ibidem repetitur. Vrbum, eti non de-
sint, qui Chartam hanc falsi suspectam
putent, circa tamen ea tempora audi-
tam, nempe Carlo Stuplice, Rodulpho,
et Lothario Regibus regnibus, ex
veteribus Tabulis adstruit. Dominicus de
Prerogat. aliod. cap. 15. § 1. Charta
Philippi "Rei pro Monasterio
Pighencen in tom. 18. Spicilegi Achae-
riani, in quo ea remperitur, falsitas
notas praefert. Carterus feudi "Memori-
dum Charta Lothari I. Imp. ann.
846 in Bullario Casinensi tom. I. pag.
27. sed nemo est, qui fictitiam esse non
facile perspiciat. Neque navo perinde
caret Charta sive Caroli Mag. descripsa
in Chronico S. Michaelis Virg. pag. 408.
ubi Feudi mentio fit. In Tabulario S.
Theofredi in Velavis sub ann. 999. De-
derunt de terra, quam habebant ad Fe-
vum, etc. [99] Feuum est in prima edi-
tione. Vide etiam Ferum.]

Feudorum Leges Lothario adserbit Gervasius Tilliberensis: *Hic, inquit, Legem feudorum primus instituit, sancta, ut nullus Feodum uideas vendare, seu impignorare, vel quocunque modo alienare, sine permissione majoris domini, ad quem Feodium spectare dignosse. Huic sancte constitutioni, quia futuris tantum, et non praeteritis formam dabant negotiis, Fridericus Imperator addidit hec: *Nos autem ad pleniorum regni utilitatem providentes, non solum in posterum; sed etiam omnes huiusmodi primo factas alienationes cassamus, et in iurium duimus, nullius temporis prescrip-
tionis impudente.**

o Varias vocis conformatio-
nes ut Feudus, Feodium, Feum, etc. vide infra
pag. 275. col. 3.

De vocis etymologia varii tradi-
dere. Feodium a *Fodere* quidam deducant.
Obertus 10. lib. 1. tit. 4. et Johannes de
Janua a *Feodis*, v. *Feodis*; cui senten-
tia accedit Cudius, et plerique alii
Hotomanus a *Feodis*, v. *Germannicus*,
qui bellum sonat, quod prædia bello
questa militibus distribuerentur. Pon-
tanus in *Chorographia Danica*, a *Feode*,
voce que Danis *militum* sonat: sili a
Faida, quod est *inimicitia*. Fredericus
Sandius in *Preliminari ad constitutio-
nes feudales Gelris* n. 11. a voce German-
ica *Feod*, vel *vad*, quod Bellum publico
vel privato consilio susceptum signifi-
cat. bellorum namque, inquit, necessi-
tas seu peperit. Matthias Bernegerus
in *Disquisit. de Regno Hungar.* l. 206.
concedit *Feodium* vocabulum esse Hun-
nicum, seu *Hungaricum*, nempe *feod*,
quod significat *terra*. Etymon perinde
suo more, hoc est, absonum, prodit Go-
ropius Bekanus lib. 5. Hermathena pag.
102. Denique Seldeni sententia est, quam
amplecti videtur Faber Cantarellus in
tratatu de Feudis, vocem *feodium* a
Saxonico ortam, formataque ex *feo*,
et *feoh*, merces, stipendum, h
postmodum in d mutato: ni inquit, pli-
ca had a vel, et hoc adscire, quod Sa-
xonice etiam classem, statutum, et ordinem
significat, ut per se dicatur *Feo-*
dictum, et *Feodum*, vel *feobod* id.
quod statu vel ordine stipendiario possi-
detur. [99] Hodie vulgo statuum ultimam
vel partem esse *ad Possessio*. Confer-
Alodia, et Elchhorn. *Introd. in Jus Ger-
man.* l. 7. not. k.]

Variae autem recententur Feudorum

species, quas ordine literarum breviter

attingamus. [99] *Feudi* nomine sepius

donata videre in sequentibus est officia

seu ministeria, vel emolumenta illa ad-

cripta; quod a priori hujus vocis notione alienissimum est. Vide infra in *Feudum ministeriale.*

o FEUDUM ABREVIATUM. Gall. *Fief abrégié*, cuius prestations ex pacto limitata sunt, idem quod *Restrictum* appellant. Charta ann. 1488, ex Chartul. 21. Corb. fol. 321. v. *La maison et le meuble de Gastaldus tenué de moy en fief abrégié à cause de ma terre de Hamel.*

1 FEUDUM APPARATUM. seu *Auctor.* Gall. *Avouerie.* Vide in *Advocatio.* Idem *Alte terra* cap. 3, quod *Feudum Gastaldus.* Illud enim definit quod datur pro actu vel gestione rerum Domini, vel Principis, vel pro custodia arcis, vel territorii; *Gastaldus* quippe sive *Castaldus Longobardis* est proprie actor *Vide Gastaldus.*

FEUDUM ADIECUTUM. Charta Philippi Aug. ann. 1185, pro Ferrariensi oppido, apud Morinam in Hist. Vastiniensi pag. 707. *Qui domum in feudo habuerit, eam ab Ecclesia Ferreriarum tenebit ad censum 5. sol. Et mox: Domum vero suam de Feodo, cum alio Feodo suo, ad censum 12. denariorum in villenagio tenebit. Vide Feudum Burgense.*

FEUDUM ANNUM, seu stipendium, quod ad annum datur, prò officio, dignitate, vel qualibet ministerio, in Flita lib. 2, cap. 71. § 12. [90] Vide Feud. lib. 1. tit. 2.] De ejusmodi feudi ita consuetudo Normannia art. 157: *Dignitate et officis tenus en fiefs sans fond ou glebe, doivent hommage et non relief.* Charta Henrici III. Regis Anglie apud Primum in libertatibus. Angl. tom. 2. pag. 90: *Et de Feodo solvendis illis, quibus tenetur in Curia predicta, ad praesens providerre nequissimus. Alii ejusdem Regis pag. 97: Assignant-*ei annuum Feudum 20. marcarum annuatim percipiendum ad seccarium nostrum*, etc. Alii denique pag. 1050: *Et quia Judei quosdam redditus de terris et tenementis Christianorum, tanquam perpetuos dum recipere solent per manus Christianorum, qui etiam Feudo habent, etc.* Hinc in Legibus M. II. Regis pag. 2. cap. 3. 4. 5. de *Feodi Canculari, Justiciariorum, Camerarii, Senescalci, Consulari, Vicecomitiis de inscribuntur.* et in Statutis Roberti III. cap. 25. est de *Feodo Vicecomiti.* In Flita lib. 2. cap. 7. de *Feodo Camerarii.* Hugo de Cleeris de Senescalci Francie. *Vade servitum Feodium tuum Marecacia, et hospitare Hungonem, quia habes istud Feodium a Comite.* Statutum Edwardi Regis Anglie pro officio Senescalci Vasconiae, in Reg. Constitut. Constabul. Burdigal. fol. 81. *Dictus judex percipiat annuatim pro Feodo suo 150/liras dictae monetae.* Infra: *Item ordinatum est, quod sit unus Defensor Regis in diocesi Petragoricensi, qui petat et defendat iura Regis, etc. et percipiat annuatim pro Feodo suo 50. libras dictae monetae.* Alibi: *Senescalci Vasconiae principale faciat, ordinet, et constituant per totum Ducatum Senescallos, Judicatos, Defensores, etc. et cuiilibet eorum conferal Feoda et vadis in ista ordinatione superius adnotata Feudi Dapiferre meminit Ferherus in Origin. Palatinis. Feodi Cambellani et Majoris, Charta Philippi Aug. ann. 1185, pro Ecclesia Ferreriarum apud Morinum in Hist. Vastiniensi pag. 708. Bernardus M. in *Consuetudine Annua MSS.* cap. 9. de Custode Vini: *Et inde habet in Feodum vinum quod per totum annum de causa vinearum stillat, etc.* Ubi supra scribitur, t. in beneficio. L'ordonnance et**

la manière de créer les Chevaliers des bains, apud Edw. Bissemus. *Et le bourgeois gardera le bain, et tout ce qu'il a autour, aussi bien dedans comme en dehors, et le prendra pour son Fief. Et le chanoine prendra pour son Fief tous les garnemens avec tout l'arroy, etc.* Occurrunt ibi plures. *Pagar il Fio.* Danti est solvere stipendium, tibi idem valeat ad feudum. *Vide Cognitum ad lib. 8. de Feudo tit. I. et Sicutum de Verbo significat, verbo Feudum.*

2 FEUDUM ANNUUM MANUALE. Redi-

tus annus, qui ex officio concessum a datore percepitur. Charta Caroli IV imper. ann. 1348, tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 168. col. 1. *Valentes, si de bonis quibuscumque regni Romani vel imperii, tibi et ecclesie tua impingnoratis vel obligatis, aliquibus copiis sumit feuda Annuu Manualia, videlicet in pondere, numero vel mennyra Christentia, porriganter... quod tu vel successores tui, stante dictorum bonorum obligatione, Feuda annua Manualia hujusmodi liberare et redimere valeatis, videlicet unan marecam annuorum redditum, pro decem marcis usualium in pecunia numerata.*

FEUDUM ANTIQUUM, quod et paternum, quibusdam dicitur, illud est, quod ab antiquo cuidam familia ita concessum est, ut a masculis tantum possidente: *[Hac fuit omnium feudorum ab origine conditio, quae ad stirpem tertiam usque Regum nosforum perseveravit.] nisi feminæ charta infideaitionis illius capaces existant, [quod sub initia XII. secuti in usu esse cepit, discere est ex Matildhe Henrici I. Anglia Regis filia que in Ducatum Normannia successit, sicut Eleonora in Ducatum Aquitanie,] et ad ignatos deficiente linea primogenitorum transcat, alienatione interdicta: cuiusmodi conditionis formula existat in Charta, quam describit vir multe eruditiosus Dion. Salvagnus Boissius lib. de Usu feodorum, cap. 2. pag. 13. *Feudum vero antiquum a paterno distinguitur.* Zazius in *de Feudo.* pag. 2. *Et antiquum, enim, dicit ait, quod ab aliquo ex antecordibus regum quoniam est, qui communis agnati ultra quartum gradum origo fuit. Si vero a pare, vel ab aliquo usque ad quartum gradum, nempe avo, prao, abavo, proueniat, tunc Paternum appellari. Ita etiam Baldus in *S. Hoc quoque, de Success. feud. et Cowellus.* Simile est tene- mentum, quod Angli. *Teneare per homage Ancestrel vocant, illud scilicet, quod quis a domino tenet, ab antecordibus suis possessum, a tempore cuius non extat memoria.* Ita Littleton sect. 143. Charta Alaini de Rossillon ann. 1342 apud V. Cl. Dion. Salvagnum pag. 83: *Quod quidem, ut asservari, habet et habere debet alias naturam.* Paterni Feudi, nobilitas, et Antiqui, in quo per viam testamenti possint et debent succedere, quicunque liberi et heredes masculi et femine, agnati, cognati, descendentes et ascendentibus, habiles et inhabiles de personis, et ab intestato succedentes possint et debent in eodem omnes illi, qui de jure possunt et debent in hujusmodi Feudis successione, hrere. Arestum ann. 1382: *In feodium ligium nobile et Antiquum, et taliter conditionatum, quod transversum possit in duas personas, nisi de co-ponitur, deinde Gallo.* Charta Humberti Delphinii Vienensis 14. maii ann. 1349. in Statutis Delphinianis pag. 39: *Omnis et singula Feudo et retrofeudo Delphinatus presumuntur et intelliguntur esse Antiqua, nisi ipsa dominus Delphinus, vel successores sui, ipsa vel aliqua ex ipsis, clara ostenderent esse nova.* Charta Cremonensis ann. 1244: *Et hoc de suo recto et honorabili Feudo Antiquo et Antiquissimo.***

Licet vero feudum novum sit, et de novo concedatur, potest tamen concedi jure feudi antiqui: et tunc naturam sumit feudi antiqui, et illius jure requiritur non tantum in persona primi vasallorum, sed etiam omnium descendantium.

Atque ejusmodi feudum doctores vulgo

Feudum ex pacto et providentia

Antiquum, ut est apud Thomam de Mar-

tinis, tractat de Generibus, et qualitatibus feudorum. Exstat et veteri Registro Camer. Comput. Parte Charta Gallo Comitis Virtutum ann. 1377. *que Castrum Donati erigit in nobile, rectum, Antiquum, paternum et gentile Feudum.* In alia ann. 1377. *In Gentile, paternum, Antiquum, honorificum et perpetuum Feudum.* Vide Ughellum tom. 2. pag. 161. 162. tom. 4. pag. 874. et Probat. Hist. Dicum Burgund. pag. 92.

FEUDUM ARCAEUM et LIGIUM. In

Vita Baldwinii Lutzenb. Archiepiscopi

Treviriensis lib. 3. 4. 5. 6. 7. Id est, quod

hoc ad Ecclesiis spectet, post Episcopum mortem operatus id est faciat, quod modo aperte honorabile ducatur, et de quo postea electi hominum ligum preserat. Vide Specie.

Alia est hujus feudi notio item

scilicet quod infra Feudum Reddibile,

in Charta ann. 1329, tom. 2. Hist. Trevir.

Joan. Nic. ab Hontheim pag. 113. col. 1. Item domus et turris nostra in

Brucken apud Treverum, que sunt iugis et Aperibiles domino nostro Treverensi

contra omnem hominem et ad suam voluntatem. Alia, ibid. *Recepit... a dom.*

Baldewino archiep. Trevisi castrum seu fortificum meum Rapivire in Feodium Ligium et Aperibile sibi, quando uixerit,

et post eum sui successoribus et ecclesie

Trevirensi, contra omnem hominem, ad

omnem ipsorum voluntatem. Occurrit

rursum ibid. pag. 114. col. 1. [90] Vide

Haltaus. Glossar. German. voce Aufsig-

big Lehn, col. 57. Castrum domino ad

necessitates belli contra quosvis apre-

ridendum.]

3 FEUDUM ARCARAGI. Quod a cassallo

possidetur ea conditione, ut in expedi-

tionibus bellicis servitum arcari seu

sagittarii domino preste: Charta Si-

moni Montisfort. ann. 1211. in Reg. 30.

Chartoph. reg. ch. 126: *Facies tu et tu*

meis servitum tempore guerre ad unum arcarium, cum a te fuerit peti-

tum. Alia ann. 1314. in Reg. 52. ch. 31.

Ea vero que, alii argueri tenent in dicto

loci nomine arcariagi, pro quibus ser-

vitum arcarii domino regi facere te-

nentur, etc. Charta Phil. V. ann. 1316.

ex Reg. 59. ch. 79: *Ad supplicationem.*

Aymeric de Poitio domella condonimi

de Peyrenchis vallis (senescalio Tolos.)

committimus et mandamus, quatenus

quosdam redditus in dicta villa situatos,

quos a subiudicata personis, que ipsos a

dicto arcariagi generi ducenda

assent se emisse, ad feodium nobile,

mediante competenti financia, nostro no-

mine reducatis. Feodium arcariagi, ibi-

dem non semel.

4 FEUDUM PIENA ARMA vel de ple-

niis armis, cuius Feudati armis omnibus

et equis inservit dominus capitanei ser-

vitum prestat per 40. dies tenebantur.

Hilarc. tom. 4. pag. 2172. Matheus

de Gamaches tenet Feudum de plenis ar-

mis... Alix de Baye/Feudum ad plena
arma. Quod ibidem sepius recurrat.

¶ FEUDUM BASTORUM. Feudales seu
vassalli qui vexillum domini in bello
comitantur. Instr. ann. 1385. tom. 5.
cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 1. Ubi
principalis exercitus extiterat, Feudo
Bastorum sive verillo, etc.

FEUDUM BRIGENSE, seu ignobile, Za-
zio parte 2. de Feudis, est quod a mi-
nimum valvasoribus, vel etiam a plebe,
pagani, id est, privatis in feudum con-
ceditur. Fief rural, cui opponuntur
Fief noble, in Consuetud. Nivernensi tit. 4.
art. 27 28 et 29. Vide *Bursa*. Edific.

FEUDUM BURSE. Idem quod *Feudum de Camera*. Ut enim Camera dicitur
Thesauri Regis, ita bursa pro hisco
usurpatum atque Petrus le Fontaine
in Consilio a nobis edito cap. 11. art. 28.
Biscum, Bousse reddit, ut regis. Col.
Si adversus Biscum (2. 30) Regis, feud.
Campain. fol. 81. v. Guillot de Gornay homo de 10 libris in Bursa. Philip-
pus de Creuse ligatus de 30 libr. Burse
salta fidelitate Regis et Consuetudine Ver-
mendens. Fol. 64. Dominus Bartholomeus
de Roja homo de 30 libr. Burse.
Fol. 19. Adam de Bellmonte fecit ho-
magium Regis, post dominos suis quis
primitus habebat, de 30 libr. quas habet
singulis annis in mandatis S. Aigulfi in
Bursa. In Registo Feudum, et Servitor
Campain. art. 1. Lige de 5. bures à
me en Bourse. Passim ibi. Regestum
Parlamenti Paris. secu. R. fol. 41. inter
Arestum. art. 127. Ordinatione fuit, quod
imperator Marescallus Campainus, et
suis faciat Feuda, que Milites habent in
Bursa Comitis Campainae. Juxta regulas
Feudorum, annis redditus quiris in fe-
dum dari possunt, quia annui redditus
comitantur inter immobilia. Ita Za-
zio parte 2. de Feud.

¶ FEUDUM BURSE, vel *Bursale* appellant
principes Consuetudines nostrae
municipales aliquot, feudorum redditus
partem aliquam, qua a primogenito se-
condogeniti pro eo, quod in us habent
iure, ex successione paterna lauer
Fief bousier. Consuetudo Nivernensis
art. 282. Fief bousier. Carnotensis art.
17. ut quod eiusmodi feuda possident,
Bousier. Perticensis art. 77. 8. Vetus
Consuetudo Andegavensis et Nivernensis
parte 7. tit. des Successions: Tu-
cans usages locaux sont en aucunes classi-
tellement, et fiefs desdits pays, que telles
coutumes d'apartiront bien tels appuis
entre eux comme le domanum. Piel. sive ho-
ratus tenu à foy et homage, et auant
et à l'au pourront demaner le honneur
et à croire en sa poer de terre ou
autre chose, et porteront la foy pour tous
les autres, suppose qu'il ne tenist le
parti ni le quai. Mais quant la terre
chevalier en rachet par la mort de l'homme
ou de la femme, autres farfauchus ren-
dront à la bourse, et feront leur part
du rachet, et chiet tout le domanum en
rachet, et appelle on le Fief bousier, c'est
à savoir terre aquise de bousier consti-
tuere. Lequel usage local est accondamné
selon l'opinion des assisaies, et à ramener
à la coutume general. Eiusmodi etiam
videtur istud genus feudi, de quo Brac-
ton. lib. 4. Tract. 8. cap. 9. 16. Feudum
est id, quod quatenus est quacunque
causa sibi et hereditibus suis, sive sit ten-
ementum sive sit redditus, ita quod redditus
non accipiat sibi nomine eius, qui
provenit ex camera atticuus.

¶ FEUDUM bursale rectius definitio
videtur D. de Lauzere tom. 1. Gloss.
pag. 462. illud quod inter piebeos divi-

sum ab his ex pecunia viritim data a
Domino capitali redditur. Nec aliud
projecto indicare arbitror verba ex Con-
suetud. Andegav. et Nivern. citata.

¶ FEUDUM BURSALE. Diversa prorsus
notione ab his, que supra explicantur:
sed a definitione quam *De Lauriere* pro-
ponit tom. 1. Glossar. jur. Gall. pag.
462, non longe aberrans, in quo autem
ab eo differat facile addiscit potest ex
Chartul. feud. eccl. Carnot. fol. 153.

C'est assavoir que la coutume et condition
du Fief bousier est telle, que toutes foys
que vassus mire, est deu pour chacune
foys cinq sols et quin deneys, quant le cas
y échet, et par chascun an à S. Rom
tel, cena que l'héritage de moy chascun
deneys, et aucuns honneur à deu et
tous et quatre ou à plusieurs foys, et pour
chacune foys doucent cinq sols et quin
denier, toutes les foys que vassus mire, en
quelque maniere que ce soit; comme dit
est. Rocoz. feud. 19. Jul. ann. 1393 ex
coi Tabul. Les terres énoncées audit
acte relevans du Chapitre en Fief bousier
et foy et hommage et cinq sols de rachet
pour chacune piece de terre a chaque
mutatio de vassal et à toutes morts et
mutations, quant le cas y échet, selon la
coutume des Fiefs bousiers, et outre
à tir de cens annuels et perpetuel, por-
tant odds, gaudes, rentes, défaits, saisines
et nances, quant le cas y échet... Ledit
ceul à raison de deux deniers Tour, pour
chacun septier, payable par chascun an le
jour de S. Iean. Feudum vers bursa
appellatur non quod ex hiseo domino, sed
quod ex bosa vassali redditus sol-
vendus exprimatur.

FEUDUM CAMELE, vel *Cameræ*, aut
Cavene, dicitur, cum aliquid annuum ex Camera, vel hisco Regio, vel ex aliquo
loco thesaurario, vel ex vectigalibus, vel
ex mensa argenteria solvitur. [92] Feud.
lib. 2. tit. 1. 3. et tit. 58. princeps Leges
Alfonso part. 4. tit. 26. Legi 1. La-
 otra maniera est à que dicen Feudo de Ca-
mara. Et este se fa quando el Rey don
Mardonio a algunos su vassallo enda don
de su Camara. Et este feudo stato puede el
Rey toller contra que se quer. Eiusmodi
feuda in rectis iudicis non computantur,
hinc recti feudi servent naturam
præterea in successoriibus, scilicet
in servis praestandis in danda et
praestanda investitura in sacramento
fidelitatis, etc. Vide Zazium part. 12. de
Feud. 2. 130. 31. Rosenthalib. 2. cap. 35. §
6. ait, de feudo vel redditu, qui datur ex
Camera, sine tenemento, de quo possit
redditus provenire, non fieri homagium,
præterquam Regi. Mox addit, non val-
ere homagium, si redditus sit annuus,
et de Camera, nisi constitutus et pro-
veniat ex certo tenemento. Formula
præterea eiusmodi feudorum de Camera
concessiones sic concepit in Chartis
Friderici II. Imperat. ann. 1250 pro Gui-
gozo Delphino Viennensis, in veteri Re-
gno Delphinatus Heroualliano: At-
tentandes devotiones et fides pura celum,
cum Wigo Delphino Viennensis detec-
tus consanguineus et fidelis noster habet
ergo Majestatis nostra personam: considerantes
quoniam grata servitia quatenus
culmina nostro fideliter exhibuit haec nos,
exhibit in presenti, et exhibebit et tenet in
antea majora, de annua Feudo trecenta-
rum unciarum annua et terciandarum de
Camera nostre, singulis annis in festo
Resurrectionis Domini, sibi in fide et
devotione nostra persistenti de gratia
nostra ducimus providendum, etc. [charta
Conventions inter Henricum II. Regem

Anglie et Robertum Comitem Flandrie
in Lib. nig Scacarii pag. 15: Et proper
predictas conventiones et predictum ser-
vitum, dabit Rex Henricus Comus Ro-
berto unoquoque anno quingentis litteras
Anglorum denariorium in Feodo. Exstat
in 4. Regesto. Memoria cum Camera
Computor. Parisiensis fol. 47. nominum
regi Camere predictum pro simili
eius Camera. sed vice formula hic
dicitur ribendum diximus. A tous ceux qui
ses presents lettres verront et oiront
Roger de Beauchamp Chevalier au Roy
d'Angleterre. Salut. Je suis savoir
que le Roy de France Monseigneur
m'a donné de sa grace dix mil florins à
l'esc de rente annuelle, à prendre, per-
cevoir et avoir chascun an, tant comme
je rurai sur son Tresor à Paris, si comme
il apperai par ses Lettres à moi données
sur ce l'an de grâce 1390, le 6. jour de
Janvier, ainsi signées. Per Regem vobis
presente Tolose, pour laquelle rente je
suis entrez en la foy et en l'hommage de
mon Seigneur le Roy de France, et lui
ay proris et promet foy et loyauté, et le
servir loyalement à mon pouvoir de ce
qu'il aura à faire de moy, toutes fois que de
par lui en seray requis, contre toutes
personnes quelconques, excepté tant se-
lement mondit Seigneur le Roy d'An-
gleterre et ses enfans. En testam de la
quelle chose jay scellées ces Lettres de
mon sceau, dont je use communément.
Donné à Londres le 26. jour de Juillet
1392. Compiliatum episodiis Regibus
nostris præstitorum ab exterris hominio-
rum memini Titulus, ubi de bellis inter
Reges Francie et Anglie. Nonnulla
etiam alia descripsi Camerae San-
dius in Commentariis ad Consuetudines
feudales Gorliai tit. 1. cap. 1. n. 7. 8. 9.
etc. etc. que de illis annotamus in
13. Dissertatione de Joinville.

¶ FEUDUM autem *Camele*, seu Ca-
meræ dicitur, cum vassallo ex cellario
domini, feudi nomine, prebetur an-
nua. Sic Gilbertus duas quadrigatas
vini annas a Duce Normannia percipi-
bat. Ordericus Vital. lib. 6. *Duas*
quadrigatas vini de Principe Normanno-
rum in Feudo tenebat singulis annis, ex
quibus unum modium ad celebrandas
missas perenniter concessit Monachis.

¶ Duo sunt diversi generis feuda. Pri-
mum scilicet, cum aliquid annum ex
Camera, id est fisico Regio, alieni solvi-
tur; alterum vero, cum vassallo ex cel-
larie domini, feudi nomine, prebetur
annua. Camele enim est Cella penaria
sive vinaria. Vide *Canava*. et *Canepa*.

FEUDUM CAPITALE. [Gall. Fief en chef.
vel chel.] dicitur illud, quod nullo me-
dio a Rege aut eo, qui supremo jure
gaudent, dependet, ut sunt Ducatus, Vo-
mitatus, Baronie. Yetus Consuetudo
Normannia MS. I. part. sect. 3. cap. 28:
Les Fiemens chevalets sont tels, lesquels
sont tenus en chef, et comme Comtes, Ba-
ronnes, et autres feudataires, Sergenteries
francies, et toutes autres Fiemens, qui sont
tenus en chef, qui ne sont pas soumis
au Fief, et au bailli: et as Seigneurs de
tels Fiemens doivent paier leurs hommes
trois aides chevalets selon le Coutume de
Normandie. Les Fiemens par descensio-
nem appellant: tous icens Fiemens, qui des-
cendent des chevalets fiemens, et sont soumis à
icens Seigneurs, si comme sont Vava-
souries, qui sont tenues par hommages et
par services, si comme ou par service de
cheval masle et autres Fiemens, qui sont
tenus par les acres de terra de leurs chefs
Seigneurs. Vide novam Consuetudin-
Normann. cap. 34. 35.

FEUDUM. Nihil certe ad mitem suam apertius proferre poterat. *De ceteris suis Cagiis*, attamen si consulatur vetus Comitarium in eandem Consuetudinem, statim intelligi datur. **Feudum Capitale**, ab aliis quam a Rege, aut eo, qui supremo iure gaudet, posse dependere. Hoc sunt autem verba Consuetudinis quae explicantur: *Les autres Fiefs qui sont tenus en chief ne sont pas soumis à nul fief de Haubert. Ce reste, verba sunt Comitarii, intend de soumission de rida Fief. Et non pas de soumission de noble Fief. Et ne peut dire que se ung noble Fief état tenu d'un Fief de Haubert, qu'il ne fust pour ce Fief en chief: car les Fiefs de Haubert monement sont soumis aux autres, et des baronnes et des Comtes; mais veut le tertie dire qu'ils ne sont pas tenus à aucun Fief de Haubert comme datum Fief. Et est l'entente de la recte consuetudine appartenir à ce qu'il ne fuit pas.* Ies Fiefs prolegomeni sunt qui descendunt de Fiefs Chevaliers et sont soumis à eux, si nomine Vasassouries, qui sont tenus par coniugio et par service de cheval, et les autres Fiefs qui sont tenus par autres services.

FEUDUM CARPENTARIORUM. *Quos sarta tenerunt diligenter tecta, ut legitur in Tract. de Feudis vel Aquitani, apud Mistor. tom. I. Antiq. Ital. med. et vii col. 151.*

FEUDUM CASAMENTI. Quod a casa Dominica dependet, proprie prædia Ecclesiastica et Monasteriorum titulo Adversaria et Defensionis subinfeudata Ivo Carnot. Epist. 281: *A fæcimis etiam ut quicquid hæcensem de Casamento Garnetensi Ecclesie, concessione possidentium, et presentacione per annos et diem quæc possederint, de cetero nostra concessione, quæc possidentur* quæc consuetudo ab Ecclesiastis ad Lætios subinde transit. Hæc tamen feudi species non ubique statim recepta fuit, at latente seculo XII. passim *Casamentum* pro feudo usurpari reperitur. *Charter Theobaldi ann. 1198: Ego Thobaldus Trecensis Comes Palatinus: notum facio tam praesentibus quam futuris: Quod ego deo D. Radulpho cognomque Planguet, villam quæ dicitur Vendeire que est prope Castellionem, in Feodo et Casamento sibi hereditibus suis. Vide Casamentum I.*

FEUDUM CASTRENSE. Iudicū specie, quæ quis certa pecunia quantitate, vel tempore aliquo donatur, ut castrensis jura, donum, et alia dona, et recipiuntur. *Burgulchen.* Germanus appellatur. *Burgulchen.* Vide Eichhorn. Introduct. in Jus German. § 165. **Feudum Castellanum**, in chart. ann. 1280, in Alsat. Diplom. tom. I. pag. 600, num. 649; ut auctor est Froherus in Origin. Palatinis. Wielhild (Mæderburgense) art. 7. 1. de Remansi. *Consulatibus* præterea ut arces illas pro commido inhabitantibus jure aliquo communiquer ac locarent: acceptisque nonnullis Militaris ordinis viris, illas fortalicias et munitionibus præferebant, ac sub eo jure, quod Castrense seu Empytheuticum jus dicitur, sub *Fundo Castrensi* colloqarunt. *Jus Feudale* Saxon. cap. 37. *Feudum castri non potest Castrensis alteri conferre,* etc. *Chronicon Laurishamense* pag. 89: *Et partem agri dominicalem in Castrense beneficium... distribuit.* [charta ann. 1300, apud Ludewig. tom. 2. pag. 216: *Henricus D. G. Fuldensis Ecclesie Abbas, etc. nobili viri Philippo Donatu de Minzenberg consanguineo nostro contum marcas denariorum Coloniensium, tribus fallentibus pro denario computatis, Cas-*

*trente Feudum castri Binghenheim depacimus in hunc modum, ut ipsu Castrensem idoneum sibi in dicto castro substituat, qui custodiad faciat castralem et residentiam.] Exemplum investiture *Castralis beneficium*, uti appellatur, profert Frererus in Originibus Palatinis, lib. I. pag. 82: *quo quidam Popo de Durn a Ludovico Comite Palatino Rhent investitus, protetur tam pro se quam pro haeredibus suis, in Castro Heidelbergensi *Castrale beneficium* perpetuo se deservitrum, habiturum in eodem castro, loco sui unum Militem continuo residentem, etc.* Quod quidem feudum Popo recipit, acceptis a Comite certi mares argentei. *Coloniensis*, pederis apud Ludewig. Saxon. cap. 3. 14 cap. 2. 5. 12. 13. 14. 15. 16.*

Feudum Chauderianum quid sit, explicit *Carta Radulphi vicecomiti Bellum* ann. 1265, ex Tabul. Major. mox usque *Civis domus monachorum de Viconto quoddam seruacione mibi debet per manum Bartholomei Baril, videlicet quo' eumque queretur sibi ad cacabum meum defensione quando ego ibam in exercitu, etc.* Cuius *Carta* inscriptio est: *De Feudo Chauderianum, quod solet habere viccomes Bellum.* Vide supra *Chaudera.*

FEUDUM CENSUALE. Tenere terram sub anno censi infœudata. Liberiger Seccardi pag. 53: *Tunc predictus Episcopatus de quodam tenemento, quod tenuit R. de Monasterio Feodo Censuali, scilicet de duabus hidis, unum servat militare. Vide infra Feudo Censuale.*

FEUDUM CENSUALUM. *Quod infra infra Honorum, quod idem sub anno censi datur, a Censuali tamen videtur differre, quod honorum similitudine.*

FEUDUM CHORALIA. *Feuda Communiæ, jura scilicet, tenebunt et alia quæ ad Choralem seu Communiam alieni juri urbis vel societatis spectant. Statuta Collegii Ardencianis art. 27. apud Raum. Duebni lib. I. Miscell. pag. 122: *Vetus coloniæ oblationum, et ad Feudo Choralia spectantes, an nullam predictarum exactiōnem vel contributio- nium sint astricti.**

FEUDUM CLAUSTRALE. Reditus, comoda et præuentus canonorum leviter, et ceteris, deinde quæ *Præbenda* lib. sed. S. Thomæ Argent. fol. 117. ann. 1234: *Idei quoque circa adaptacionem curiarum Feudum Claustralum, ne talibus non prebendis in posteriori adapti, et valent, ducimus statuendum.* Ibid. fol. 27: *Specificatio vestimentum pertinetum ad Feudum Claustralum, quam habet Johannes Wesslonus cantor et Petrus Valsche canonici. Primo redditus xxv. solidorum super duabus et uno die... Item duo quartalia, unum triticum, aliud siliquas annuatim infra festa B. M. Virginis de granario ecclesie S. Thomæ.*

FEUDUM COLUS. Gall. *Fief de corps*, quo vassalus debita servitia per seipsum domino capitali præstare tenetur. Vide *Assisas Hierosol.* pag. 153: *Feudum Corporale præterea dicitur illud quod in terra aliquo domanii positum est, ad discrimen eorum quæ Incorporantur vocant, quod sine tene- mento sint.*

FEUDUM IN CURIA. seu, in Curte dictur, cum dominus castri, vel villa, certam partem vel in Castra territori sui, aut ex telonis, vel ex villa aliquid infundat, quod minus sit parte alia, quæ remansit. Vide *Rosenthalum* cap. 2. § 40.

FEUDUM EXTRA CURIAM. est: quando domini castri, vel villa, jurisdictionem

